generibus pœnarum aliquando differentiam quandam inter honoratiores, & tam dignitate quàm sanguine nobiles in ordine ad vilioris sortis homines observari, e. gr. illos pœnâ laquei non ita, ad minimum rariùs, affici ac hos. post alios Maurit. *d. l. th. 42.* jung. Philippi *in Us. pract. Instit. l. 1. t. 1. ecl. 1. per tot.* Carpzov. *qu. 82. n. 61.* Müller. *ad Struv. Ex. 1. th. 18. in fin.* laud. Fac. Jur. *d. Resp. 35. num. 19.* Nec fustigatione puniri ex aliis. adducit B. Dn. Maurit. *d. l. th. 43.* Halbritt. *in Orat. de priv. doct. p. 21. & 22.* In his ergò proficit aliquando *Exceptio dignitatis & nobilitatis sive virtute, s. genere talis*, prout res incidit in has vel illas hactenus memoratas circumstantias. Sed de quibus latius agendi tempus deficit.

XXIV.

Hæc exempli loco in hac materia, quæ latissimè patet, & per omnia ferè jurium nostrorum puncta s. momenta, quoties Doctores aliique graduati, aut in honore constituti, vel nobiles utriusque sortis singulari jure utuntur, de quibus videri merentur Tiraquell. Steph. Maurit. Halbritter. *dd. ll. per tot.* ferè, aliique passim, se ostendit, adduxisse sufficiat. Reliqua ulteriori indagationi aliorum lubentissimè relinquimus.

S. D. G.

VII.

DISSERTATIO
DE
JURE EXEQUENDI IN IMP.
IN SPECIE
DE EXECUTIONE AB UNO der Crayß-ausschreibenden Fürsten ALTERO IMPEDITO VEL NOLENTE SUSCEPTA.

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO,

JCto, Consiliario Ducali Würtembergico, & in Academia Tubingensi Professore Juris Publico Ordinario,

PRO LICENTIA

Defensa ab AUTORE

JO. JACOBO MOSER, Stuttgardiano.

TUBINGÆ, 1720.

Caput I.

Quo de Jure exequendi disseritur in genere.

§. 1. *Introitus.*
§. 2. *De rebus Executioni dandis.*
§. 3. *De Jure decernendi Executionem in genere.*
§. 4. *De jure perficiendi Executionem in genere.*
§. 5. *Ratio pro Circulis ex eorum fine.*
§. 6. *Eadem ulterius declaratur.*
§. 7. *Connexio dicendorum.*

§. 1.

SÆpius (1) jam in Imperio Romano-Germanico agitata fuit Quæstio: *Ad quem pertineat jus decernendæ perficiendæque Executionis in Statutis pactisque publicis?* At verò videas ejusdem in disquisitione non ex vero semper rem fuisse æstimatam, atque disceptantes præconceptis ex Opinionibus nimioque partium studio in diversas haud rarò partes actos. (2) Nos, qui ab his vacuum rebus, hic animum adferimus, primas tantùm illustris hujusce Thematis lineas ex genuinis ejus principiis ita jam sumus delineaturi, Imperatori ut Augustissimo, quæ sunt Imperatoris, Statibusque, quæ sunt Statuum, debitâ cum modestiâ atque veneratione utriusque excelsissimi culminis vindicemus.

(1) Tum præsertim, cum in Jura Circulorum involare velle videretur Imperator. Vid. D. GODOFR. LANGII. Einleit. zu den Geschicht. und dem *Jur. Publ. Libr.2. Sect.5. §.15. num.16. lit. i. p. m.751.*

(2) Inde, licet præsertim sub initium atque finem Seculi XVII. non defuerint ex doctissimis Jureconsultis, hanc qui materiam in utramque partem ventilarent, editisque compluribus scriptis atque Dissertationibus ad *hujus Cap. §.4. not.* (1) ex parte percensendis, illustrarent; quia tamen hæc, tùm vitiis in textu modò notatis scatent, tùm ad præsentem vel maximè causam ejusque merita respiciunt, adeoque universum hocce jus non ordine debito, nec in omni suo complexu pertractant, inde, inquam, haud immeritò plenam atque adæquatam hujus Juris Sciagraphiam inter desiderata Juris publici quis reputaverit.

§. 2.

Et, ut de rebus Executioni mandandis primò dispiciamus, eæ ferè in Imperio nostro sunt sequentes. I. Recessus, Ordinationes & Conclusa, quæ in Imperii Comitiis, &, quæ his æquipollent, Deputatorum Conventibus &c. majorum, aut, ubi locum hæc non inveniunt, unanimibus Statuum votis rata fuere habita. (1) II. Sententiæ & Mandata in Summis Imperii Dicasteriis, Judicio scilicet Imperiali Aulico Cameraque Imperiali latæ atque emissa. III. Pacificatio-

cificationes, & publica profana, & publica religiosa, & subsequentes, sive inter Imperatorem atque Status, sive hos ambos inter exterosque Reges totius nomine Imperii ab Imperatore Statuumque Legatis pactæ. Denique & IV. placita Conventuum, quos Circuli vel simul omnes, vel eorum quidam tantùm, vel singuli quoque solent instituere. (2)

(1) Quatenus scilicet hæc exigunt à Statibus præstationem Collectarum & similia, quæ, ut mandentur Executioni, propriè ita dictæ, necesse est.

(2) Consultò hîc omisimus Jus exequendi res mediatos Imperii cives concernentes, non enim, nisi de immediatis modò agere constitutum nobis fuit, illarumque rerum Executionem spectare ad Territorii Dominum, & post hunc ad Circulos, constat ex *Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. III. Tit. 4.* aliisque Imperii Recessibus, in specie novissimo *Ratisbonens. de Ann. 1654. §. 160.* Omisimus & Jus exequendi Sententias ab Austregis latas; his enim, cum eam tantùm Executionis speciem tribuamus, quæ judicialis dicitur, & fit jussu & imperio, per ea, quæ tradidit B. HENRICUS de COCCEJUS, *in Dissert. de notion. & Execut. Austregar. per tot. in specie cap. 2.* & pro decernendâ Executione reali implorandam esse Cameram Imperii Judiciumve Aulicum censeamus cum GAILIO, BLUMIO, REINKINGIO, aliisque, quos citat B. Dn. JO. GRAVE *in Disp. de Austreg. §. 20.* nobis autem de reali Executione, ejusque suscipiendæ perficiendæque Jure sermo hic sit, hinc facile patet, referri Executionem Sententiarum primæ hujus Instantiæ hûc non debuisse, sed comprehendi jam sub secundâ rerum exsequendarum Classe. Hæc tamen omnia de Legalibus tantùm Austregis sunt accipienda; Conventionalibus enim, imô & Legalibus quod pacto hæc dari possit potestas, quod & actu dentur Austregæ isthac potestate præditi, nullum est dubium.

§. 3.

Jam, quod ad ipsum Jus Executionem decernendi attinet, negandum id non est, in genere, & de Regulâ ad Imperatorem id spectare, in rebus, quæ sub censum priorum trium (1) Classium veniunt, ceu per singulas eundo species in subsequentibus demonstrabimus Capitibus. Notandum tamen & hoc est, ita penes Imperatorem Jus hoc persistere, ut non, nisi ejus Circuli, in quo perficienda est Executio, ausschreibende Fürsten (2) Ducesve ad hunc actum queat eligere; ut adeò, si penitius rem lustremus, appareat, accensendum esse hoc Jus decernendi Executionem iis Imperatoris Reservatis, quæ Suo quidem nomine, non tamen ex voluntate, sed ad normam Capitulatione aliisve Imperii Legibus præscriptam peragit, eum scilicet in finem, actui ut eò major accedat

dat autoritas, tantoque promtius Imperatoriæ Majestatis reverentiâ, inque casum contemtûs eò gravioris pœnæ metu mandata adimpleantur.

(1) De quartâ *vid. Cap. 2. §. 11. & Cap. 3. §. 15.*

(2) Solâ hâc voce Germanicâ tùm in Dissertationis rubro, tùm in nigro uti maluimus, quam usitatis hinc inde Latinis vocabulis omnem rei conceptum non satis exhaurientibus. Neque enim satis videbatur concinnum vocabulum PRINCIPUM CIRCENSIUM, à NICOLAO MYLERO ab EHRENBACH *in Tr. de Statib. & Princip. Imper. Part. 1. cap. 12. n. 22. p. m. 87.* hoc cum significatu usurpatum. Voce verò Directoris, cum apposito, vulgo Crayß-ausschreibende Fürsten, utut Imperii Legibus ea sit conformis, eâ tamen abstinuimus ex ratione, ne ex usu ejusdem incauto porrò subnascatur occasio confundendi toro cœlo diversa Directoris atque der Crayß-ausschreibenden Fürsten officia. Vix enim aliæ causæ, quam promiscuo vocis: *Directoris* usui videtur adscribendum, quod ex omni Juris publici consultorum numero hactenus ferè ne unicus quidem fuerit repertus, qui diversam utriusque originem, diversa fata atque indolem rectè tradiderit, quodque & illi, qui præ Brandenburgensi Marchione Episcopo Bambergensi, & præ Episcopo Constantiensi Duci Würtembergico, (quorum nomina dedimus in der Herald. und Politisch. Erklährung des Würtemb. Wappens, *Libr. I. Cap. 2. §. 10. not. 7.* quæ carceres adhucdum mordet,) in Circulis, respectivè Franconico Suevicoque tribuunt Directorium, id pro exceptione à regulâ venditare, pactisque forte desuper initis adscribere malint, (ceu etiam existimavit Vir profundæ eruditionis, & quem maximi, uti omninò par est, facimus, Dn. JO. FRIDERICUS PFEFFINGER, in literis Luneburgi Ann. 1719. d. 11. Maji ad nos datis,) quam diversa, quæ omninò hic subsunt, agnoscere Officia. Faustam hinc Lucinam precari fas est egregiis meditationibus, quæ hoc de Themate premit Vir quidam illustris, rerumque harum scientissimus, potentissimi nostri Ducis quoad res quoque Circulares Administer dexterrimus. *Conf.* interim die gründliche Vorstellung, was es mit dem Crayß-Ausschreib-Amt und *Directorio* in dem Löbl. Schwäbisch. Crayß vor eine Bewandtnus habe, quæ Anno primùm 1705. deinde & An. superiori 1719. recusa prodiit *in fol.* Ibi verò in primis velimus consulas die Beylag *Num. 4. p. m. 8.* ubi potiores Directoris, potiores item der Crayß-ausschreibenden Fürsten actus adumbrantur. *Vid.* quoque JAC. BERNHARDI MULZII *Dissert. de Offic. Director. & Duc. Circular. in Execut. Sentent. §. 8. p. m. 14.*

(3) Negat id quidem pernegatque MULZIUS *l. c.* alibique, nec Eidem de-

fuere argumenta, quæ fucum imponere poterant rerum imperitis; certum quoque & id est, non extare ullam Legem publicam, quâ Se potestate hâc Imperator disertis abdicaverit verbis. Verum enim verò nec est opus expressa aliquâ hanc in rem Constitutione; eccur enim ejusdem vices non subeant ii Imperii Recessus, eæ Imperii Ordinationes atque Pacificationes, ubi den Crayß-ausschreibenden Fürsten atque Circulorum Ducibus exequendi Jus primario, Imperatori autem, non illis, in subsidium tantum tribuitur. Addantur quoque Autores §. 4. *not.* (1) cumulati.

§. 4.

Ipsam autem exequendi pacta, judicata, transactaque potestatem den Crayß-ausschreibenden Fürsten Ducibusque Circulorum tribuendam esse nullus dubitabit, qui, quæ pro stabiliendo hoc Jure sequenti tertio Capiti inclusimus, abjectâ, quæ veritati tam graviter obest, nimiâ autoritatis humanæ veneratione perlegerit, adeò, ut planè opus haud esse censeamus, generalioribus rem hîc agere argumentis, quin potius, cum explosa jam sint adversariorum tormenta majora, (1) pansis quoque velis hostica nunc castra prætervehere possumus, unicum hoc si addiderimus, quod ferè prætermisere cœteri, optimum hîc necti argumentum ex origine atque fine Circulorum Imperii.

(1) Nostræ quæ opposuit Sententiæ Illustris quondam MULZIUS *1. in* jam *cit. Dissert. Lat. Germ. de Officio Directorum & Ducum Circularium in Executione Sententiarum; 2. in Examine Scripti de Jure exequendi Sententias Directoribus Circulorum competente;* 3. in denen zweyen Schreiben eines Freundes an einen Freund, in der Mecklenburg-Gustrauischen *Successions*-Sache; denique & 4. in der Untersuchung der sogenannten gründlichen Behauptung des Reichs und der Crayßen Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend, quæ tecto nomine Annis 1697. & 1699. edidit in 4. Quæ tamen in fumos abire jussit 1. B. de COCCEJUS *in Scripto Anonymo de Jure exequendi Sententias Imperiales Directoribus Circulorum competente;* 2. Ill. Dn. CHRISTIANUS THOMASIUS, *in Thesib. Juris publ. oppositis Dissertat. Anonym. de Offic. Director. & Duc. Circular. in Execut. Sententiarum.* Tum & 3. *Autor* der gründlichen Behauptung des Reichs und der Crayßen Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend. Quorum Scriptorum omnium robur in nuce videas apud Excell. Dn. PFEFFINGERUM *in Commentar. ad Vitriar. Inst. Jur. publ. Tom. II. Libr. II. Tit. 6. §. 16. not. a. p. m. 1106. sqq.*

§. 5.

Etenim cum sit certum exploratumque, eum vel maximè in finem omne illud

illud vastum moleque suâ ruens Imperii nostri Romano-Germanici corpus in quatuor primùm ab Alberto II. (1) posteà in sex, denique & in decem partes sive Circulos à Maximiliano I. esse distributum, ut eò facilior promtiorque eorum operâ foret pacis & tranquillitatis publicæ executio atque defensio, (2) id in mentem oculosque cuivis statim labi necesse est, ea insimul Circulis indulta tributaque esse Jura, eam potestatem, sine quâ effectu necessariò destitui debuisset optimum optimorum Imperatorum institutum.

(1) Quam Imperii divisionem non mente scriptisque solùm conceptam, sed re ipsâ Executioni esse mandatam contra dubia à B. de COCCEJUS *in Jur. publ. prudent. Cap. 33. Append. 3. §. 41. p. m. 550.* aliisque mota suô locô atque tempore demonstrabimus.

(2) *Vid. Constitut. Alberti II.* §. Und den Worten. apud B. JO. SCHILTERUM *in Instit. Jur. publ. Tom. II. Tit. 19. p. m. 339. Conf.* quoque *Ordinat. Regiment. de Ann. 1500. Tit. 1. Recess. Imp. Colon. & Trevir. de Ann. 1512. prior. §. 9. 10. 11.* Hinc quoque cum & Electores Imperii, & Archiduces Austriæ tanquam Principes armipotentes satis essent tuti ab insultibus aliorum Statuum, suisque in Territoriis Executionem pacis publicæ ipsimet procurare possent, priori istà Maximiliani I. in Sex Circulos divisione, illis, quos nominavimus, omissis, minoribus tantùm Statibus fuit prospectum, hique soli tùm in Circulos fuere redacti. *Vid. cit. Ordin. Regiment. Tit. 5. &* Exc. Dn. JAC. CAROLUS SPENER *in Histor. German. univ. & pragm. Tom. II. Libr. III. cap. 4. §. 7. p. m. 349.*

§. 6.

Hûc verò præsertim referas Executionem Pacificationum, Sententiarum in Imperii Dicasteriis summis dictatarum, Conclusorumque Imperialium Circulariumque. Frustranea quippe ob imperiosum nonnullorum Imperii Procerum (1) genium foret saluberrimarum Ordinationum Legumque Constitutio, quod si non essent in Imperio, qui, quod publicâ lege cautum, quod publicâ pace pactum, Executioni mandarent, inque refractarios vi & armis animadverterent. (2)

(1) Eorum cum primis, qui nec ad seculare exhorrescunt Bannum, nec ad Ecclesiasticum, quorum de compositione tot in Comitiis inde à Maximiliani I. temporibus Consultationes institutas videas *e. g. in Ordinat. Cameral. Constant. de Ann. 1507. Tit. 17. Recess. Imper. Wormat. de An. 1521. §. 27.* alibique passim.

(2) Vetustissima enim hæc in Imperio cantilena est: Die Ordnungen des Land-Friedens seyen heylsam und wohl versehen, auch fein in die Feder und auf das Papier gebracht, aber es habe bißhero allwegen an der

Execution gefehlet, quod fuit Votum Legati Augustani Episcopi in Comitiis Circuli Suevici Ulmæ Ann. 1554. habitis apud B. JO. GEORG. de KULPIS *in præf. ad* des Schwäbisch. Crayses Kriegs-Verordn. und Reglementen. Inde Germanorum Proverbium: Es seye dem Land-Frieden nicht zu trauen. Cui jungas similes Imperii Statuum querelas atque deliberationes non simplici vice rei hujus causâ habitas apud Dn. JO. JOACHIMUM MULLERUM im Reichs-Tags-Staat. *Libr. I. Cap. 13. §. 4. seq. p. m. 139.* &c. *Conf.* & die Handhab des Land-Fried. *de Ann. 1495. Recess. Imp. Augustan. de Ann. 1555. §. 97. aliaque loca infinita.*

§. 7.

Hæc autem cum omnium consensu ita sese habeant, non est, cur diutius iis immoremur; transibimus ergò ad specialiora. Et cum in haud paucis alia exequendi Juris fuerit facies ante natos Duces Circulorum & penes certas Familias personasve constitutum das Crayß-Ausschreib-Amt, alia verò post illos natos, hoc firmatum: hinc eam, quæ se spontè nobis jam offert, Thematis nostri tractationem specialem, ita in sequentibus erimus prosecuturi, ut Secundo Capite de Jure exequendi, quale id ante Duces Circulares constitutos, atque die Crayß-ausschreibende Fürsten planè efformatos fuerit, dispiciamus addentes Capite Tertio Statum ejusdem modernum, denique & Capite Quarto speciali illi in Rubro signatæ Controversiæ mancipato Colophonem toti huic libello imponamus. Faxit Deus, ut feliciter!

CAPUT II.

Tradit exequendi Juris Statum sub Maximiliano I.

§. 1. *Quando hæreditarium factum fuerit* das Crayß-Ausschr. Amt.

§. 2. *Quando constituti fuerint Duces Circulorum?*

§. 3. *Multa in hac Periodo esse obscura atque irregularia.*

§. 4. *Jus decernendæ Executionis competiit Imperatori.*

§. 5. *Sed cum limitatione.*

§. 6. *Jus perficiendæ Executionis habuere Status.*

§. 7. *Quod ad se pertrahere annisus fuit Imperator.*

§. 8. *Status exsecuti sunt I. Recessus atque Ordinationes Imperii.*

§. 9. *II. Sententias summorum in Imperio Judiciorum.*

§. 10. *III. Pacificationes Imperii.*

§. 11. *Quis decreverit atque perfecerit Executionem in rebus Circularibus?*

§. 1.

§. 1.

CONstitutum cum nobis sit agere præsenti Capite: *de Jure exequendi, quomodo cum eo ante plenè efformatos* die Crayß-ausschreibende Fürsten *natosque Duces eorum comparatum fuerit?* id omnium primò nobis videtur incumbere, nostram ut depromamus sententiam; quonam ergò tempore planè efformati fuerint die Crayß-ausschreibende Fürsten? quando constituti Duces Circulorum? Et priores quidem quod attinet, constat nobis ex Actis Imperii atque Circulorum publicis, extitisse quidem mox ab origine Circulorum singulares Personas, quæ, quæ jam des Crayß-Ausschreib-Amts propria esse reputantur, electione, (1) vel expressâ, sive Imperii, sive Statuum Circuli conventione nullâ præviâ, sponte in se susceperunt, id quod tamen ita constanter observatum non fuit, quin, prout id commodum necessariumve huic vel illi videbatur, modò hi, modò alii, modò unus, modò duo pluresve, instantibus præsertim Imperii Comitiis Circulum convocarent, donec tandem observantiâ diuturnâ (2) id Sibi potentioribus quidam præscripserunt. Dum verò observantiâ ortum firmatumque esse hoc Officium modò diximus, facilè patet, certum quoddam temporis spatium paucis annis circumscriptum definiri haud posse, intrà quod PRÆCISE hoc officium ad præsentes die Crayß-ausschreibende Fürsten devenerit, præprimis, cum diversæ fuerint Circulorum observantiæ, (3) alibique citius, seriusque alibi modernos die Crayß-ausschreibende Fürsten id ad Se pertraxisse nemini sit ignotum. Non tamen erraturos nos esse confidimus, si quidem terminos, quo perpetuum esse cœperit hoc Officium, IN GENERE circa confinia Regiminis Imperatorum Maximiliani I. Carolique Quinti collocemus, cum plerisque in Circulis eosdem, qui id munus nostris Sibi vindicant temporibus, Circularium rerum moderatores jam tùm liceat offendere. (4)

(1) Patet ex adductis, quod pace Favitoris nostri maximi monere liceat, subsistere non posse, quæ de Origine der Crays-ausschreibenden Fürsten tradit Dn. PFEFFINGER *in Commentar. ad Vitriar. Tom. II. Lib. II. Tit. 6. §. 11. not. (a) p. m. 1085.* atque allegatum Imperii Recessum Augustanum non von den Crays-ausschreibenden Fürsten sed de Ducibus Circuli esse capiendum, quos inter maximum esse discrimen *ad l. c. §. 12. not. (c) p. m. 1094.* agnoscit ipse Vir eruditissimus. Hinc emendandus quoque PETRUS MULLER qui *in Tr. de Conventib. Circular. Cap. 3. num. 1.* gemina his protulit. Hinc nec satis accurata esse constat, quæ hanc in rem disseruit Ill. Dn. AUTOR *Meditat. ad Instrum. Pacis* HENRICUS de HENNINGES *in Specim. VIII. Mantiss. 1.* von Beschaffenheit des

des Ursprungs der Ausschreib-Aembter in den 10. Reichs-Crayſen. *p. m. 1327. ſqq.*

(2) Juvat hîc audire egregiè diſſerentes Suevici Circuli Status Evangelicos in Proteſtatione, quam in pleno Circuli conſeſſu Ann. 1595. d. 13. Jan. interpoſuerunt: ubi: Dann fürs erſt, inquiunt, ſo iſt unverneinlich, und mag das Widerſpiel legitimè nicht beygebracht werden, daß überal in keiner Reichs- noch Crays-Verſammlung noch ſonſten einiger ad memoriam poſteritatis auffs Pappier gebrachter Verabſchidung von der Gerechtigkeit des Außſchreibens bey dieſem Löbl. Crayß, welchen Ständen ſammt oder ſonders dieſelbige vor andern zugewidmet ſeyn, oder aber zu welcher Zeit, wie offt, und mit was maſſen die geübt oder continuirt werden ſolle, das wenigſte jemahlen deliberirt, geſchloſſen, oder auch in denen Abſchieden angemerckt, begriffen und einverleibt, ſondern daß es dißfalls einig und allein auff dem alten Exercitio und vieljährigen Herbringen bewenden thue &c. Et in ſequentibus: daraus dann ferner ſo viel abzumercken, daß diß nicht allein eine bloſſe alte, zu allen Theilen will-chürliche Obſervanz, alſo, daß man daraus nichts zu inferiren hätte, quam quod ab antiquâ iſtâ practicâ & obſervantiâ longiſſimi temporis, utpote tituli præſumptionem inducente, optimamque rei dubiæ interpretationem ſubminiſtrante non facile recedendum ſit; ſondern wann man die Sachen im Grund erwägen will, ſo wird es ſich handgreifflich eraignen, daß diß Exercitium des geſammten Ausſchreibens mit nichten eine bloſſe, in mera facultate beruhende Ubung, ſondern vielmehr eine rechtmäßiger Weiß erſeſſene und verjährte Gerechtigkeit, welchen ihren Effect und Würckung intuitu duplici und auf zween Weg zu erſtrecken, erſtlich zwiſchen den ausſchreibenden Fürſten an einem, und den übrigen Ständen dieſes Crays andern Theils, alſo, wo dieſelbige Crays-Stände heutigs Tags, und ſo lang Sie die ausſchreibende Fürſten zu Wohlfahrt des gemeines Crays-Weſens der Gebühr unerweißlich nachzuſetzen begehren werden, ohne erhebliche treffentliche Urſachen ſich ſtreuben, und dieſe Gerechtigkeit deß Ausſchreibens dem ein oder aber beeden Fürſten abzuſtricken, oder ſelbige auff einen andern Stand zu verwenden beginnen wolten, daß ſie denen alleſammt nicht allein longiſſimi, ſondern auch nunmehr ultra memorialis temporis quieta q. poſſeſſione cum alterius partis ſcientia & patientia continuata, & conſequenter inde firmiſſimè ipſius etiam bonæ fidei adminiculo radicata præſcriptione ſicherlich entgegen ſtehen, auch dieſe ihre gerechtſame ohne rechtlichen Abſpruch

spruch nicht mehr von Handen lassen würden, so dann auch respectu mutuo, Ihr der ausschreibenden Fürsten unter ihnen selbsten, als deren je einer gegen und wider den andern, so lang zwar ein jeder dem alten Herbringen gemäß die Gebühr zu vollziehen erbietig, solch gesammt zu thun, und Exercitium legitimo præscriptionis titulo Ihme selbsten handgefäßter und ins sicher gestellt. &c. Also da sich deren einer heutigs Tags der Crayß-Versammlung, oder des Ausschreibens unersucht oder unbegeben des andern unternemmen, selbiger Ihme solches nicht gut heissen, und ob gleich darauff etwas de facto erfolgte, jedoch daraus ein offenbahre Nullitæt erwachsen würde. &c. *Vid.* die gründliche Nachricht von dem Crayß-Ausschreib-Amt und Directorio in Schwaben, Beyl. *Num. 16. p. m. 41. sqq. Add. Recess. Imp. de Ann. 1532. Tit. 5. §. 2. de Ann. 1541. §. 74. de Ann. 1543. §. 17. de Ann. 1544. §. 13. de Ann. 1548. §. 78. & de Ann. 1566. §. 137.* Et subodoratus est hanc der Crays-auschreibenden Fürsten Originem JO. JACOBUS FUNCK, *in Dissert. de Imper. Circul. §. 1.*

(3) Ita in Circulo Imperii Suevico Ducatus Würtembergici tempore quindecennalis exilii Ducis Ulrici Gubernatores Austriaci Anno 1531. (de anterioribus enim Circuli Suevici Conventibus Acta non suppetunt,) als Obriste von denen weltlichen dieses Crayses Ständen reliquos Circuli Status unà cum Augustano Episcopo convocarunt, & ad instantiam Suevicæ Præfecti militiæ, Comitis de Montfort Anno 1534. soli repetierunt. Duce restituto, Marchione Badensi admonente Idem hoc Officio solus fuit functus ab Anno 1534. usque ad Annum 1541. quo ad petitionem Ducis Augustanus Episcopus, Annoque 1542. & sequentibus omnibus in modernum usque diem Constantiensis Episcopus simul admovere manus. *Vid.* die kurtze *Acten*-mäßige *Deduction* von dem Ausschreib-Ampt und *Directorio* in dem Löbl. Schwäbischen Crayß, quæ extat in der *cit.* gründl. Vorstell. Beyl. *Num. IV. p. m. 6. sqq.*

(4) Ita nos sentimus; Opinionem tamen hanc, cum sola eam probabilitate, (Legibus tamen Imperii, e. g. Mandato, subjuncto der Erklähr. des Land-Fried. *Norimb. de Ann. 1522.* superstructâ) niti fateamur ipsimet, Lectori obtrudere nolumus; quin potius non poterit non nobis esse gratissimum, quodsi Viri eruditi, ampliori Circularium rerum notitiâ actisque publicis instructi hisce rectiora edocere nos non dedignabuntur. Ita enim est omninò, magnis adhuc in tenebris quoad res Circulares earumque cumprimis Antiquitates oberrant publici Juris Con-

ſulti, parumque ſolidi è plerisque, quæ hoc in genere proſtant, Scriptis quis hauſerit.

§. 2.

Eidem fere tempeſtati ſuos debent natales Circulorum Captitanei. Utut enim horum de Conſtitutione Albertus II. jam fuerit ſollicitus, (1.) neque negandum id videatur, ad effectum rem tùm fuiſſe perductam, (2.) certum tamen & hoc eſt, ceſſaſſe rurſus hoc officium turbulentis illis, queis Circulos Maximilianus condidit, temporibus. Licet & poſtea in Receſſibus Imperii Treviris & Coloniæ Anno 1512. conditis (3.) de iis jam legatur diſpoſitum, effectu tamen Conſtitutionem hanc tùm fuiſſe deſtitutam, ſaltem quibusdam in Circulis, apertum eſt aus der Erklähr. des Landfried. Norimb. Ann. 1522. proditâ, ubi (4.) denuo ſerioque id Circulis injungitur ab Imperatore Carolo V. Quod quidem mandatum tantum tum effecit, ut eligerentur paſſim Circulorum Capitanei, (5.) quos vero iterum brevi duraſſe tempore nobis perſuadet Receſſus Imperii Auguſtanus de Anno 1555. (6.) quô Ducis Circuli electio commendatur Circulis. Sed cùm nec tum ubique (7.) ſalutaris hujus Legis haberetur ratio, aliquoties (8.) eadem fuit repetita, non tamen eo cum ſucceſſu, quem Ordinatio illa intenderat. Alibi enim hiſce mandatis non obſtantibus Duces planè non fuere electi; alibi conſtituti quidem ſunt, ſed non multo poſt ceſſarunt iterum: adeoque hodie quibusdam ii reperiuntur in Circulis, in quibusdam ſuô modô (9.) ſuffectus iisdem eſt Generalis Campi Mareſchallus, (10.) denique & in quibusdam plane nullos eſſe comperi.

(1) *Vid.* EJUSDEM *Conſtit.* apud SCHILTERUM *in Inſtitut. Jur. publ. Tom. II. Tit. 19. p. m. 339.* §. Und den Worten, ubi: und jeglichen Theile ein Hauptmann mit Nahmen einen unſer Fürſten zu einem Handhaber geſetzt und gegeben.

(2) Teſtatur ſane Dn. JO. ULRICUS PREGIZER, in den Hiſtoriſch. *Ephemerid.* des Fürſtl. Hauſes Würtemb. *p. m. 23.* datas Anno 1492. à Friderico III. Imperatore eſſe literas, ad Eberhardum Barbatum, Würtembergiæ Comitem als des Schwäbiſchen Crayſes Obriſten Hauptmann.

(3) *In priori §. 8. 9. 10. in poſteriori §. 16.*

(4) *Tit. 7.*

(5) Id exinde colligimus, quod ab his inde temporibus in Actis publicis & Hiſtoriâ paſſim Capitaneorum Circularium occurrit mentio.

(6) §. 6. & multis ſequentibus.

(7) Inter primos, qui Receſſui morem geſſerunt, Circulos fuit & Suevicus, in quo, ſuadente rem Chriſtophoro, Duce Würtembergico, Anno 1563.

no 1563. tùm peculiaris Executionis Ordinatio fuit condita, tùm & electus est Dux Circuli. Extat illa & peculiariter excusa, (*Vid.* Magnif. Dn. BURCKH. GOTTHELF. STRUVII *Biblioth. Juris Cap. 14. §. 73. p. m. 666.*) & aliis juncta aliquoties. Novissimæ editiones hæ sunt. 1. Quæ primô cernitur locô inter des Löbl. Schwäbischen Crayses alten und neuen Kriegs-Verordnungen und *Reglementen*, quæ in unum fusa Volumen elegantique Præfatione ornata Stuttgardiæ 1696. *in fol.* edidit Ill. JO. GEORG. de KULPIS. Est & alia Editio, quæ Mantissæ locô Ordinationi Executionis Imperiali adjecta est ab ADAMO CORTREJO in suô *Corpor. Jur. publ. Tom. I. Part. IV. p. m. 88. sqq.* Deniq; & *Archivi Imperialis* sui sarcinam eâdem adauxit JO. CHRISTIAN. LUNIG. Observandum verò est in transitu, de hac Ordinatione Executionis Suevicâ, cujus historiam literariam exponit quoque Ill. Dn. JO. PHILIPP. DATT *de Pace publ. Libr. 1. Cap. 21. num. 76.* esse eam legem fundamentalem Circuli Suevici. Ita enim in der *cit.* Vorstellung von dem Schwäbisch. Crayß-Ausschreib-Amt und *Director.* Beyl. *Num. 6. p. m. 41.* dicitur: Das wahre ursprüngliche Vinculum Societatis inter Principes ac Status, zumahlen sie auch biß heut zu Tag das einige Mittel und Unterhalt des Crayses Conservation gewesen und annoch seye, quæ & in antecedentibns, & in subsequentibus, tùm à parte Ducis Würtembergici, tùm à parte Constantiensis Episcopi aliquoties *l. 6.* repetuntur.

(8) *In Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1559. §. 47. 48. Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1564. §. 14. &c.*

(9) Nec enim in omnibus cum eo convenit, brevibusque ita potest dici: Generalis Campi Mareschalli munus non, nisi circa res Circuli militares ex præscriptâ Capitulatione versari: Ducis verò etiam circa res Circuli politicas non levem fuisse potestatem. *Conf.* PHIL. REINH. VITRIARII *Institut. Jur. publ. Libr. II. Tit. 6. §. 15.* & *ad h. l.* Excell. Dn. PFEFFINGER *p. m. 1103. sqq.* nec non *cit. Ordinat. Execut. Circul. Suevic. per tot.*

(10) Obtinet hoc in Circulo Suevico, in quo, quæ Ducis Circularis fata fuerint, brevibus hic tradere haud abs re fuerit. Scilicet Anno primùm 1563. (ceu *præc. not. 7.* fuit dictum) in Ducem Circuli unanimibus Statuum votis electus est Christophorus, Dux Würtembergicus, & successu temporis Ejusdem quoque Filius, Dux Ludovicus, à cujus obitu, cum in se recipere id munus nollet Dux Fridericus, paucis Annis præterlapsis, cum, qui huic muneri admovebantur, Comites Nobilesque iidem viribus essent impares, expiravit. *Vid.* die *Deduct.* wegen des Schwäbischen

bischen Crayses *Direct. p. m. 10. & Beylag Num. 8. & 9.* junctò ERNEST. GOCKELIO *de Circul. Suevic. §. 14. p. m. 56. 57.* Ducis verò Circularis ex cineribus superiori Seculo, nescio, quô Anno, quave Constitutione latâ, surrexit hoc in Circulo Generalis Campi Mareschallus, cui Officio splendido post fata Ludovici, Marchionis Badensis præest jam Potentissimus Dux noster EBERHARDUS LUDOVICUS. Et sic paulo aliter se res habet, ac existimavit Vir Illustr. Dn. JO. PETRUS LUDEWIG. *in Tr. de Prærogativ. Ducat. Würtemb. Sect. I. Cap. 10. per tot. p. m. 11.*

§. 3.

Ad ipsum verò vel tandem exequendi Juris sub Maximiliano I. Statum ut jam accedamus, hoc hîc in genere notet Lector: multa hac in periodo esse obscura atque incerta, multa irregularia, (1.) quibus quidem ut medela adferreretur, Actis testantibus, in omnibus, quotquot tum fuere habita, Imperii Comitiis fuit consultatum, sed non nisi more Germanorum, qui semper conveniunt, & nunquam conveniunt. Et licet varios sufficientes ex Imperatoris intentione modos exequendi Maximiliauus I. proponeret Statibus, (2.) semper tamen ex his potentiorum quidam restiterunt, quo minus in effectum illi traducerentur.

(1) *Vid.* hujus Capitis §. 7.

(2) Hunc præsertim exequendi modum pluribus in Comitiis commendaverat Imperator, ut quatuor in Imperio, (ad Rhenum scilicet inferiorem, ad Rhenum superiorem, ad Danubium, & ad Albim,) Mareschalli constituerentur, qui singuli viginti quinque Equitum auxilio adjuti Sententias & Mandata publica exsequerentur. *Vid.* latè Dn. JO. JOACHIMUM MULLER im Reichs-Tags-Staat. *Libr. III. Cap. 4. §. 7. p. m. 447. Libr. IV. Cap. 11. §. 11. p. m. 664. Eod. Libr. Cap. 12. §. 2. p. m. 668. &c.*

§. 4.

Regulariter tamen decernendi Executionem Jus jam tùm quoque perstitit penes Imperatorem. Ejus enim solius nomine in Comitiis promulgatos videmus Imperii Recessus, Ordinationes atque Conclusa (1.) Ejusdem solius nomine Judicium Imperiale Aulicum, Imperii Cameram atque Regimentum Imperii in Status tulisse Sententias, dubio caret (2.) Ejusdem porrò solius nomine Pacem Imperii publicam fuisse indictam ocularis inspectio nos edocet; (3.) Ejusdemque denique solius nomine, ut hæc omnia rite sanctèque servarentur atque Executioni mandarentur à Statibus, sub determinatâ quadam vel indeterminatâ pœnâ iisdem fuisse præceptum, constat. (4.)

(1) *Vid.* omnes Recessus Ejus sub Regimine conditos in princ.

(2) *Vid.*

(2) *Vid. e. g. Ordinat. Regiment. Augustan. de Ann. 1500. Tit.* Wie alle Sachen bey dem König. ubi: auch Brieff darüber, wo Noth seyn wird, unter unserm Königlichen Titel und Siegel auf Form und Maaß wir, als Römischer König, zu thun haben, thun sollen und mögen, durch den gemeldten unsern und des Reichs-Rath gefertiget, und mit einem Zusatz etlicher Wort unterschrieben werden sollen, nemlich also: Ad mandatum Domini Regis in Consilio Imperii.

(3) *Vid.* der Landfried *Wormat. de Ann. 1495. Tit. 10.* des Landfriedens Handhab. *Wormat. de eod. Ann. pr. & Tit. 8.* die Erklähr des Landfried. *August. de Ann. 1500. &c. in pr. Recess. Imper. August. de Ann. 1510. §. 16.*

(4) *Vid.* in specie Mandatum Imperatoris ad Status de servandâ Ordinatione Camerali, subjunctum *Ordinat. Cameral. Ratisbon. de Ann. 1500.*

§. 5.

Verùm enim verò ipsos Recessus inspicienti id quoque patebit, esse verissimum, quod supra (1.) diximus: Scilicet Imperatorem decrevisse quidem Executionem, sed non nisi autoritatis gratia, & ad voluntatem Statuum. Etenim sive in Comitiis, sive in Judicio Aulico, sive in Camera, sive denique in Regimento decreta fuerit Executio, omnibus hisce in Collegiis utique concurrebant Status, & non nisi secundum majora horum vota pronunciare poterat Imperator. (2.) Hinc & plurium Recessuum Imperii sub Maximiliano I. conscriptorum in procemio Imperator & Status convenisse dicuntur, ut consultarent von Handhabung des Landfriedens und Vollziehung der gesprochenen Urtheil. (3.) Hinc & Executorialibus Cameræ mandatis non sufficientibus, non ad Imperatorem, sed ad Comitia recurrendum erat imploran-tibus. (4.)

(1) *Cap. 1. §. 3.*

(2) Dissentientibus enim ab Imperatore Statibus Eum non posse procedere, nec etiam minora sequi Vota, jamdudum à publici Juris consultis est evictum. *Vid.* Ill. Dn. GABRIEL SCHWEDERUS nostrâs *in Introd. ad Jus publ. Part. Spec. Sect. I. Cap. 30. p. m. 634.* & B. de COCCEJUS *in Jur. publ. prudent. Cap. 20. §. 38. p. m. 383.*

(3) Handhab. des Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. pr. Tit. 2. Ordinat. Regiment. August. de Ann. 1500. pr. Tit. 1. &c.* junct. der Erklär. des Landfried. *August. de Ann. 1500. Tit. 5. §. 2. & Tit. 6. Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1500. Tit. 34.*

(4) *Vid.* die Handhab des Lanfried. *l. c. Recess. Imper. Augustan de Ann. 1500. Tit. 37. Tit. 38. Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1510. §. 14.*

Cumque posteà annuorum Comitiorum loco Regimentum Imperii substitueretur, ad hoc remissum fuit Executionis decernendæ negotium. *v.* loca §. *præc.* allata, adeoque in effectu recursus ad Comitia hîc sublatus non est.

§. 6.

Perficiendæ Executionis Jus Statibus fuit relictum, (1.) non tamen planè neglectis Circulis. Scilicet in demandandâ Executione plerumque certè, si non semper, potior habebatur ratio eorum Circuli Statuum, in quo perficienda erat Executio: Sed quia tùm temporis nondum plenè cohærebat Systema Circulare, quia nec ad certas jam Familias aut Personas erat restrictum munus des Crayß-Ausschreib-Amts, quia nec exstabant jam tum Circulorum Capitanei, hinc habito respectu gravitatis causæ perficiendæque Executionis difficultatis nunc majoribus pollenti viribus Statui, nunc minoribus hoc injungebatur. (2.)

(1) His videtur obesse, quod *in Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1500. Tit. 52.* disertis dicatur verbis: es seye ein gemeiner Hauptmann des H. Reichs erwählet worden, zu Handhabung und Vollziehung Friedens und Rechtens. Ast impropriè hîc Imperatorem loqui, nec de Executione contra Status facienda, sed de Bello contra exteros, eosque, qui Imperii imperio sese subduxerant, verba hæc esse capienda, palam est tùm ex toto contextu, tùm ex verbis claris *Tit. 52. 54. §. 1. 60. 64. 69. 70. 75.* aliisque positis. Corruunt ergò, quæ inde emulsit MULZIUS.

(2) Hæc si attendisset MULZIUS, ignorare non potuisset, qui fuerit factum, ut *in Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1500. Tit. 37.* in causa Conradi à Tottenheim contrà Arnoldum à Rosenberg Executorem Imperator & Status constituerint Comitem à Pappenheim.

§. 7.

Sed & illis quoq; jam temporibus huic perficiendæ Executionis Juri Statibus competenti inhiabat Imperator, præteritisque & inconsultis Imperii Statibus atque Executoribus ordinariis, munus hoc in alios pro lubitu conferre incipiebat, id quod tamen ita ægre tulerunt Status Imperii, ut querelis precibusque tam diu fatigarent Imperatorem, donec is publica fide caveret, quod judicandi exequendique facultas inviolata per eum manere debeat in posterum. (1.)

(1) Verba *Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1510. §. 14.* hæc sunt: Und nachdem an Uns und gemeine Stände vielfältig Klagen allhie angelangt haben, also daß etlichen Ständen und Unterthanen des Reichs Verhinderung beschehen soll an unserm Cammer-Gericht zu Rechten und ihrer

ihrer behalten Execution zu erlangen, so haben wir bewilligt und versprochen, und thun das in Krafft diß Abschieds, wie dann vormahls und allweg unser Gemüth und Meynung gewest, und noch ist, daß dasselbig unser Cammer-Gericht seinen stracken freyen Lauff und Fürgang laut der Ordnung zu vorgehalten Reichs-Tägen gemacht haben, und daß wir derselbigen Ordnung zuwider kein Mandat ausgehen lassen sollen noch wollen, in keine Weiß.

§. 8.

Ad singulas verò jam species rerum in Imperio exsequendarum ut progrediamur, ordo poscit. Et Recessus quidem Ordinationes atque Conclusa Imperii ut exsequerentur Status, iisdem licuisse testes habemus communes formulas Recessibus sub finem inseri solitas: Gereden und versprechen auch wir Chur- und Fürsten bey unsern Fürstlichen Ehren und Würden, und wir andere obgemeldte Ständ in guten wahren Treuen und Glauben, an Eydesstatt, dieser Ordnung, Rath, Handhabung und Hülff Folg zu thun, und Königlicher Majestät, oder in ihrem Abwesen, dem, so sein Königlich Majestät an ihr statt dazu verordnen, und dem gedachten Regiment und Rath, in Gebotten und Verbotten, so in Krafft dieses Brieffs ausgehen werden, gehorsam zu seyn, und die zu vollziehen, alles getreulich und ungefährlich. (1)

(1) Ita se habent verba *in Ordinat. Regiment. Augustan. de Ann. 1500. sub fin.* quæ quoad substantialia repetuntur *in Recess. Imper. Ratisbon. de Ann. 1500. Tit. 82. §. 2. 3. In Mandato eidem subjuncto. In Ordinat. Cameral. Constant. de Ann. 1507. Tit. 19. §. 1. 2. In Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1510. §. 20. Priori Trevir. & Colon. de Ann. 1512. Tit. 3. §. 23. 24. In poster. §. 29. 30. & in Augustano de Ann. 1518. §. 11. 12.*

§. 9.

Fuit & penes Status Jus exsequendarum Sententiarum summorum Imperii Judiciorum. Scilicet inserebat Sententiæ Judex clausulam de parendo, quæ, si à Reo non attendebatur, in Bannum is ab Imperatore Ejusve nomine à Præsidibus summorum Judiciorum declarabatur, in quo si ultra sex menses perdurabat, censurâ quoque notabatur Ecclesiasticâ, his verò omnibus spretis ad Comitia vel Conventum Deputatorum Imperii Statuum re delatâ, realis tandem atque actualis Executio cuidam vel quibusdam Statuum majoribus ad id votis electorum perficienda committebatur. (1)

(1) Traditur hic procedendi modus *in Ordinat. Cameral. Constantiens. de Ann. 1507. Tit. 16. & 17. Add. Ordinat. Regiment. Augustan. de Ann. 1500.*

Tit.

Tit. ult. Recess. Imper. Colon. & Trevir. prior. de Ann. 1512. §. 8. & 9. Conf. & hujus Capitis §. 6.

§. 10.

Pacem quoque Imperii publicam ut mandarent Executioni Status, hisce dispositum legimus verbis (1) Haben wir uns mit den Ständen so auf gemeldten Reichs-Tag zu Freyburg gewesen, desgleichen mit denen, so jetzt allhie erschienen sind, vertragen, vereinigt, und bey den Pflichten, damit wir, und unser jeder dem H. Reich verwandt sind, zu halten und zu vollziehen verwilliget und verpflicht, und thun das hie mit diesem Abschiedt. Quid? quod usque adeò ad Executionem hujus Pacificationis sese obstrinxere Status, ut qui eandem omiserit, teneatur pœnâ fractæ pacis publicæ, ceu hæc Recessus verba testantur (2): Und welcher diese Ordnung und Verpflichtung verachten, derselben nicht Folge thun, oder verschaffen, und läßig oder säumig darinnen erscheinen und solches offenbahr, kündtlich und unlaugbar seyn wird, den oder dieselben erkennen und erklären wir hiemit durch solche Verachtung, in Pön des Fried-Bruchs gefallen, und daß alsdann gegen denselben mit Denunciation, Execution und Einbringung solcher Pön und anderer Straff, durch uns und den verordneten Reichs-Rath, und unser Königlich Cammer-Gericht strenglich unabläßig procedirt, fürgenommen, und gehandelt werden soll und mag, wie sich nach laut und Ausweisung unsers Land-Friedens oder sonst gebührt.

(1) In der Erklähr. des Landfried. *August. de Ann. 1500. Tit. 1. Vid.* & Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. Tit. 9.* Handhab des Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. pr. Tit. 8. Recess. Imp. Trevir. & Colon. prior. de Ann. 1512. §. 3.*

(2) In der *cit.* Augspurg. Erklähr. des Landfried. *Tit. 2. Add.* die Handhab. des Landfried. *l. c. Tit. 9.*

§. 11.

Restaret jam, ut in illud quoque inquireremus: cuinam eâ tempestate competierit Jus decernendæ perficiendæque Executionis in rebus Circularibus; sed cum Acta publica nos hic deficiant, sicco hanc Quæstionem pede præterire oportet; per quam tamen est probabile, decretam Executionem fuisse à Membris Circuli omnibus, perfectam verò ab eo, cui vel Imperator vel ipsimet Status id negotii injunxere; vel ab eo denique, qui pro einen Crayß-ausschreibenden Fürsten tùm se gessit.

CAPUT

Caput III.

Exponit modernum Juris exequendi Statum.

§. 1. *Connexio cum Capite præcedenti.*
§. 2. *Imperator decernit Executionem I. Recessuum Imperii.*
§ 3. *Sed cum limitatione.*
§. 4. *Circuli eandem perficiunt.*
§. 5. *Etiamsi quis se prætendat exemtum.*
§. 6. *Vel prægravatum.*
§. 7. *Imperator decernit & Executionem II. Sententiarum.*
§. 8. *Sed iterum cum limitatione.*
§. 9. *Num & limitatio procedat in Sententiis Judicii Aulici?*
§. 10. *Circuli perficiunt decretas Executiones Sententiarum Cameralium.*
§. 11. *Imperator decernit & Executionem III. Pacificationum.*
§. 12. *Ast cum limitatione. Exemplum in Pace Westphalicâ.*
§. 13. *Cujus Executionem decretam iterum perfecerunt Circuli.*
§. 14. *Quid Juris sit quoad reliquarum Pacifiationum Executionem?*
§. 15. *Quis decernat & perficiat Executionem in rebus Circularibus?*
§. 16. *Quis perficiat Executionem Legibus Duci datam, eo nolente, vel impeditô, vel non existente?*

§. 1.

AD Secundam modò Juris exequendi Periodum provehimur, quam circiter à temporibus Caroli V. in nostram usque ætatem produximus: ubi quidem plurima clara esse videas, publicisque Imperii Legibus determinata; nec tamen & hîc desunt, quæ majorem adhuc lucem desiderant, tùm, quod planè de iis sileant Leges Imperii, tùm, quod ob utriusque partis contradictionem ea adhuc sint in incerto. Nobis hîc mediâ placet incedere viâ.

§. 2.

Inter Majestatica Augustissimi nostri Imperatoris Jura absque dubio hodieque suprà tamen allatâ cum limitatione connumerandum erit Jus decernendæ Executionis contrâ immediatos Cives Imperii, quô Is fruitur I. quando in præstandis Imperii Collectis hi sunt morosi. Etenim cum ex novissimi Recessus sanctione, si Collectæ sint Ordinariæ, uti sunt, quæ e.g. penduntur ad Imperii Cameram sustentandam, & eas solvere Status neglexerint, decernantur in Camerâ mandata sine clausulâ, quibus den Crayß-ausschreibenden Fürsten Executio injungitur (1); cùm &, si sint Extraordinariæ Imperii Collectæ, Fiscali in Camerâ contrà morosos Processus concedantur, tandemque itidem ad die Crayß-ausschreibende Fürsten de Sententiâ exsequendâ rescribatur, (2) clarum est, utroque in casu sine omni dubio Imperatoris nomine decerni, quippe cujus solius nomine Imperii Camera agenda peragit. (3)

(1) *Vid.* §. *sq.*

(2) *Conf. eund.*
(3) *Vid.* §. 7. hujus Capitis.

§. 3.

Nec tamen & hodiè circa Executionem hujusmodi decretionem liberum est Imperatoris arbitrium, quin potius id Imperii Legibus, nostris præsertim temporibus ita est circumscriptum, ut non ad alios, nisi ad eos, qui sunt die Crayß-ausschreibende Fürsten, aut pro re natâ, circulorum Duces Mandata Executorialia possit emittere, ceu in specie de Executione Imperii Recessuum quatenus agunt de præstandis Imperii collectis sequens docebit paragraphus.

§. 4.

Ipsam enim Executionem quoad primum hocce punctum ut circuli perficiant, sive hæ Collectæ sint Extraordinariæ, sive sint Ordinariæ, volunt Leges Imperii publicæ. Illo de casu Exemplum præbet Instrumentum Pacis Westphalicæ, ubi ita: (1.) *Ut autem Regia Maj. Sueciæ eò securior certiorque sit de infallibili singulorum terminorum præstatione, singuli septem dictorum Circulorum Electores, Principes & Status vigore hujus conventionis se ad suam quisque quotam, condicto tempore locoque bona fide solvendam, spontè, idque sub hypotheca omnium suorum bonorum obligant: ita quidem, ut si mora ullius intervenerit, omnes Imperii Ordines, potissimùm verò cujusque Circuli Directores Ducesque vi Articuli Assecurationis Pacis teneantur promissa ceu rem judicatam exequi absque ullo ulteriori Juris processu vel exceptione.* De posteriori ita dispositum est: (2) Daß die Ausschreibende Fürsten (3) jedesmahl wann ein oder anderer Chur-Fürst oder Stand seine Angebühr nicht abgestattet, und sonderlich wann auf vorhergegangenes, aber aus der Acht gelassenes Extrajudicial-Monitorium ein unbezahltes Ziel das andere erreichet, auf Requisition unsers Kayserlichen und des Heil. Reichs Cammer-Gerichts, ohne Unterschied und Respect der höheren oder niederen Ständen, auch unerwartet der Achts-Erklärung die Execution auf des säumigen Kosten vorzunehmen. &c.

(1) *Art. 16. §. 12.*
(2) *In Recess. Ratisb. de Ann. 1654. §. 15. & 19.* queis derogatum fuit antiquo illi procedendi modo *in Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. 3. Tit. 48. §. 4, & sqq.* præscripto.
(3) Incumbebat hoc secundum *Ordinat. Cameral. l. c. §. 7. & 8.* Duci Circuli.

§. 5.

Sed num & contrà eos Executionis viâ possint procedere die Crayß-ausschreibende Fürsten, qui Exemptionis causâ in Camerâ Judiciove Aulico Processus impetrarunt, eaque de causâ collectas solvere denegant? quæritur.

Et

Et omninò die Crayß-ausschreibende Fürsten requisitos hoc posse, docent Recessus Imperii: (1) wann auch in dieser allgemeinen hochnöthigen Hülffleistung niemand gefreyet seyn kan, so sollen diejenige Stände, so durch andere ausgezogen, und nit in possessione vel quasi libertatis seynd, ein jeder sein gebührende Anlag, neben andern Ständen vermög des H. Reichs Anschlag, entweder selbst entrichten, oder aber sie, die ausziehende Stände vor sie zu bezahlen schuldig seyn, doch den Exempten, oder ausziehenden Ständen in andern Fällen an ihrer Gerechtigkeit nichts benommen.

(1) *Augustan. de Ann. 1582. §. 19.*

§. 6.

Quidsi verò Status quidam, qui præ reliquis gravatos se esse in præstandis collectis conqueruntur, hoc ex capite & usque ad futuram moderationem præstandarum præstationem vel planè denegent, vel partem tantùm solvere parati sint (1)? Respondemus, hoc non obesse, quo minus die Crayß-ausschreibende Fürsten totum ab iis exigant, præsertim, si ita prægravatos se esse ii nondum probaverint. Audiamus tantum Recessum Imperii novissimum, ibi: (1) Weil aber verschiedene Stände, und in specie die Reichs-Stätte zu angedeutetem Quanto sich nicht ehe verstehen wollen, biß die in puncto moderationis matriculæ hernach bedingte Erkundigung zur Richtigkeit gebracht, und damit die nothwendige Verfassung hierdurch nicht gehindert werde, soll aller möglicher Fleiß angewendet werden, damit solche Erkundigung noch vor dem Ersten Septembris, bey denjenigen, welche sich zu diesem nothwendigen Werck dißfalls beschwert befinden, für die Hand genommen und erörtert werde, inzwischen (scilicet usque dum secundum Recessus verba: die Sache erörtert werde) aber sollen diejenige nach der alten Reichs-Matricul ihre Quotas mit beyzutragen schuldig seyn.

(1) Id quod in Suevico nuper accidit circulo. *Conf.* quod occasione horum motuum prodiit, elegantissimum Scriptum: *Series Facti & Actorum*; oder vollständige *Acten*-mäßige Vorstellung ab Seiten Sr. Hochfürstl. Durchl. des Herrn Hertzogs zu Würtemberg und übriger mit Deroselben vereinigter Geist- und weltlicher Fürsten, auch des Reichs-Gräflichen *Collegii*, und einiger anderer Löbl. Stände des Schwäbischen Crayses, was in selbigem bißher in dem *Matricular*-Wesen vorgegangen, worinnen standhafft gezeiget und bewähret wird, wie so wohl die von Ihro Hochfürstl. Gnaden dem Herrn Bischoff zu Costantz und denen Ihro anhangenden mehreren Löbl. Reichs-Prälaten und einigen Reichs-Städten in Schwaben unternommene eigenmächtige Herabsetzung von ihrem obhabenden *Matricular*-Fuß = = = = anzusehen sey *&c.*

Editum id est Anno 1719. Stuttgardiæ *in fol.* omniaque hujus quæstionis momenta solidissimè discussit, quæ jam hû: transscribere neque vacat neque placet.

(2) §. *184.* Cui jungas *Rec. Imp. Noriberg. de Ann 1524. §. 22. Rec. Imp. Augustan. de Ann. 1530. § 139. Recess. Imp. Wormat. de Ann. 1535. §. 47. Rec. Imp. Ratisb. de Ann. 1541. § 72. Instrum. Pac. Westphal. Art. 3. §. 3. &c. & cit. Seriem. Fact. & Actor. per tot.* quibus evincitur, non in privato Statuum arbitrio moderationem positam, sed ab universo Imperio hujusve deputatis Moderatoribus suscipiendam esse.

§. 7.

Est & penes Imperatorem Jus Executionis decernendæ II. quoad Sententias à Tribunalibus Imperii summis latas. Etenim non latere potest quenquam, & quotidiana id omnium optimè testatur experientia, ab Imperatore decerni Executionem Sententiarum & à Judicio Imperiali Aulico & à Camera Imperiali dictatarum, Ejusque nomine, ceu ex Mandatorum Executorialium (1) inspectione patet, denen Crayß-ausschreibenden Fürsten injungi earundem perfectionem. Hinc & in mandatis Executorialibus dicuntur, von dem Kayser dazu verordnete Commissarii: item: Er gebe ihnen hiemit aus Kayserlicher Macht und Vollkommenheit die Gewalt, solche Execution zu unternehmen und zu vollziehen.

(1) Quorum farraginem exhibet BLUMIUS in den Cammer-Gerichts-Bescheiden, aliique.

§. 8.

Quod tamen non alios, quam die Crayß-ausschreibende Fürsten Imperator possit denominare ad perficiendas Sententiarum Executiones in Imperii Camera latas, Recessus Imperii novissimus hisce disposuit verbis: (1) Wo er [reus] aber solches nicht thäte [doceret paritionem] soll dann auf Auruffung des obsiegenden Theils, vermög ergangenen Urtheils er in die darinn benannte Pön, sammt Kosten und Schaden erklärt, und die Execution so wohl auf den Pön-Fall, als in der Haupt-Sachen seiner Obrigkeit, [si scilicet condemnatus sit mediatus Imperii subditus,] oder des Crayses in dem er gesessen und begütert, Ausschreibenden Fürsten [si sit immediatus] per mandata executorialia nach Innhalt unserer Cammer-Gerichts Ordnung, oder wann dieselbe bey der Sachen interessirt, auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden, nach Gutbefinden des Richters, den ausschreibenden Fürsten, eines oder mehr benachbarter Craysen, von Unserm Cammer-Gericht auffgetragen und anbefohlen werden. &c.

(1) §. *160.*

§. 9.

§. 9.

Verum enim vero num & Sententiarum in Judicio Imperiali Aulico dictatarum Executionem den Crayß ausschreibenden Fürsten Imperator TENEATUR committere, aut potius integrum Eidem sit relictum, cui velit, Statuum aliive satis potenti hoc negotii dare? gravis Imperatorem & Status inter agitatur Controversia (1) Ille nullis ullibi ad hoc se esse adstrictum Legibus obtendit, quod & sane est verissimum; Hi contra egerunt, & de Judicio Imperiali Aulico esse capienda, quæ de Camerâ Imperii quoad hocce punctum disponuntur, semperque Se protestatione interposita intercessisse, quoties id in alium quam die Crayß-ausschreibende Fürsten conferre voluerit Imperator, & quæ sunt alia, quæ utrinque magno adducuntur numero, hanc in rem argumenta. Nobis ita res videtur comparata, ut sit satius Academicum hominem suum hic suspendere Judicium, donec tandem vel publicis lis hæc dirimatur Legibus, vel eæ ab alterutra parte rationes proferantur in medium, quæ omnibus ex adverso motis dubiis è via tollendis possint sufficere: hactenus enim in utramque partem fere æqualia prostant rationum momenta.

(1) Notitiam Auctorum hûc facientium dedimus jam *Cap. 1. §. 4. not. 1.* quos ut ipsos Lector inspiciat, necesse est.

§. 10.

Ipsa Sententiarum Cameralium realis Executio (1) cui competat, satis constat ex paulo ante (2) adductis, scilicet non aliis, quam denen Crayß-ausschreibenden Fürsten, quibus adeo hæc facultas fuit concessa, ut etiam omnes prius die Crayß ausschreibende Fürsten ad perficiendam eam vocandi sint à Judice Cameræ, quam ad Imperatoris arbitrium res devolvatur. Ita enim Cameralis habet Ordinatio: (3) Und wo sich zutrüge, daß einer, oder mehr Crayß, oder die Crayß alle, welches doch nicht seyn soll, die Execution nicht auf sich nemmen, sondern sich derselben widersetzen würden, (scilicet eam repudiando) sollen Cammerrichter und Beysitzer solches an die Kayserl. Maj. oder Ihrer Liebd und Kays. Maj. Abwesens, an uns als Römischen König eilends gelangen, in solchem gebührliche Versehung zu thun wissen.

(1) Quæ, quomodo suscipiatur *vid. Cap. 4. §. 9. not. 1.*

(2) Capitis hujus *§. 8.*

(3) *de Ann. 1555. Part. III. Tit 49. §. 7.*

§. 11.

Vocant nos jam Pacificationes toti communes Imperio quæ ut mandentur Executioni, itidem Imperatoris est prospicere. Quippe cum vel contra pacem Imperii publicam profanam, vel contra pacem publicam religiosam quis læditur, iidem in Camera Judicioque Aulico & processus decernuntur (1)

& victori conceduntur Mandata Executorialia, quibus nomine Imperatoris utriusque Executio denen Crayß-ausschreibenden Fürsten injungitur. Westphalicæ quoque Pacis Executionem se promoturum esse promisit Imperator hisce verbis: (2) *in primis quidem Imperator ipse per universum Imperium Edicta promulget, & serio mandet iis, qui hisce pactis hac Pacificatione ad aliquod restituendum vel præstandum obligantur, ut sine tergiversatione & noxa intra tempus conclusæ & ratificandæ Pacis præstent & exequantur transacta, injungendo tam Directoribus* &c. Imo & re ipsa Eundem ejusdem Executionem decrevisse loquuntur der Friedens-*Executions Recess, Edicta restitutoria & arctior exequendi modus*, Imperatoris nomine promulgata, quibus passim insertas videas hasce phraseologias: Wir befehlen E. Liebd. und And. gnädigst und ernstlich, daß sie allen und jeden Interessenten ... zu ihrem Stand, wie der vor dem Krieg gewesen, verhelffen und sie solchem gemäß völlig restituiren. ꝛc. Item Wir geben auch Euer And. und Liebd. hiemit nochmahls genugsame Vollmacht und Gewalt &c. (3) Ejusdem denique autoritate & sequentes Pacificationes, Noviomagensem, Armistitium vicennale, Pacem Ryswicensem, denique & Badensem Executioni fuisse mandatas non negabimus. (4)

(1) *Recess. Imper. Ratisbonens. de Ann. 1641. §. 15. 16.*

(2) *In Instrum. Pac. Cæsareo-Suecic. Art. 16. §. 2.*

(3) *Conf.* ipsa hæc Mandata Executorialia, Pacificationi Westphalicæ subjuncta, quæ inserta quoque sunt *Recessui Imperii novissimo de Ann. 1654. §. 5.* sæpiusque separatim cusa extant.

(4) Acta publica huc spectantia exhibet Dn. BERNH. LUDOVIC. MOLLENBECC. *in Dissertat. de Jurib. Cæsaris circa negot. Pacis Cap. 8. §. 2. 3. 4. 5. & 6.*

§. 12.

Nec tamen & in Pacis Westphalicæ Executione, nisi in subsidium, alios quam die Crayß-auschreibende Fürsten atque Duces adhibere potuit Imperator per diserta Instrumenti Pacis & Recessus Executionis verba, quæ sequenti §. dabimus. Licet enim id modis omnibus artibusque agerent post conclusam quoque Pacem Westphalicam ad conficiendum Executionis Recessum Legati Imperatoris, ut à cura Executionis Status excluderent, aut ad summum Electores tantum admitterent, satis tamen notum est, quam tùm Status Imperii Sua circa Pacis bellique negotium Jura, quibus omnino & inest Pacificationum Executio, masculè defenderint, adeo, ut & primi manum sigillumque Executionis Recessui Legati Eorum admoverint, cum variis sub Juris coloribus tandem & à Recessus subscriptione arcere eos vellent Cæsarei (1)

(1) *Vide* omnia hæc latius exposita apud Ill. SAMUEL. de PUFFEND. *in*

in rebus Suecic. Lib. XXI. & XXII. & ex hoc apud JO. GERHARD. MEUSCHEN *in Tr. de Concurs. Statuum Imp. circa negot. Pacis. Cap. 3. §. 14. p. m. 44.*

§. 13.

Executionis ipsius perficiendæ Jus den Crayß ausschreibenden Fürsten Ducibusque relictum fuisse diximus idque evincunt verba Instrumenti Pacis sequentia (1): *in primis quidem Imperator ipse per universum Imperium Edicta promulget ---- injungendo tàm Directoribus* Ausschreibenden Fürsten, *quam Præfectis militiæ Circularis* Crayß-Obristen, *ut ad requisitionem restituendorum, juxta ordinem Executionis & hæc pacta restitutionem cujusque promoveant & perficiant. Inseratur etiam Edictis clausula, ut, quia Circuli Directores* die Crayß-ausschreibende Fürsten, *aut Præfectus militiæ Circularis,* Crayß-Obristen, *in causa vel restitutione propria minus idonei executioni esse censentur, hoc in casu, itemque si Directores vel Præfectum militiæ Circularis repudiare commissionem contingat, vicini Circuli Directores, aut Præfecti militie Circularis eodem Executionis munere etiam in aliis Circulis ad restituendorum requisitionem fungi debeant.* Denique in subsidium his tantùm junguntur Commissarii Cæsarei: *Quodsi etiam restituendorum aliquis, Cæsareanos Commissarios ad alicujus restitutionis, præstationis, vel Executionis actum necessarios censuerit, quod ipsorum optioni relinquitur, etiam illi sine mora dentur.* Quæ quoad substantialia tùm in ipso Instrumento Pacis, tùm in Recessu Executionis, tùm in Edictis restitutoriis & Recessu Imperii de Anno 1654. sæpissimè repetuntur, quo Lectorem remittimus. (2)

(1) *Art. 16. §. 2. & 3.*

(2) Hodiè si agatur adhuc de Executione Pacis Westphalicæ in Camerâ Judiciove Aulico iterum secundum superius tradita Executores sunt die Crayß-ausschreibende Fürsten, & quidem ob generalia & in futurum quoque porrecta Pacis Instrumenti atque Recessus Executionis verba etiam in Judicio Imperiali Aulico. Unde facilè patet die Crayß-ausschreibende Fürsten, non Legales tantùm Imperatoris in exsequendis Pacificationibus esse Commissarios, sed & perpetuos, id quod tamen negavit Dn. MOLLENBECC. *l. c. §. 1. in fin.*

§. 14.

Nec in subsequentibus quoque pacificationibus aliquid de Jure suo remisere Status Imperii inque primis die Crayß-ausschreibenden Fürsten. Sic cum Anno 1684. circa Tractatum Executionis super Armistitio Vicennali ad determinandos Germaniam inter Galliamque limites, Jura Sua versari Status cernerent, Legatis Imperatoris addidere Suos è quatuor vicinis Circulis Adlegatos, com-

communi ut cum illis agerent consilio & operâ. Vicissim cum Executio Pacis Noviomagensis, Ryswicensis atq; Badensis maxime constiterit in reciprocâ restitutione & evacuatione locorum atque abductione copiarum, adeoque nullum hic subesset præjudicium Statuum, facilè in id hi consensere, ut cum Regis Galliæ Ablegatis soli congrederentur Legati Imperatoris. (1)

(1) Conferri hic non sine fructu legique possunt citatæ Dissertationes MOLLENBECII atque MEUSCHENII, quorum ille Cæsarea circa Executionem Pacificationum Jura est tuitus, isthic verò Statuum circa eandem concursus strenuus defensor extitit.

§. 15.

Superest, ut in illud quoque inquiramus, quis decernat & perficiat Executionem in rebus Circularibus. Et quidem vix potest dici, intervenire hic proprium aliquod mandatum Executoriale; sed, cum majori quid parti placuit, si quidem ita non sit comparatum cum substratâ materiâ, unanimia ut Circuli Statuum vota requirantur, (qualis est e. g. materia Collectarum, da keiner aus des anderen oder auf des anderen Beutel votiren kan.) (1) ulteriori Executionis decreto nullo prævio id reali statim Executioni mandatur. Quâ de re Recessus Imperii novissimus ita disposuit. (2) In Crayß-Handlungen sollen über die in der Executions-Ordnung enthaltene und dahin gehörige Verfassungs-Sachen, jederzeit die Majora statt haben, und die mindere Stimmen in denen mehreren nachzugeben verbunden seyn. Ita verò decreta à majori parte ipsâ re exsequuntur die Crayß-ausschreibende Fürsten, quorum circa hæc Jura nullis Imperii Circulorumve Recessibus, sed, ceu totum & universum Eorum Officium (3) antiquâ atque ultra memoriali nituntur observantiâ.

(1) JO. WOLFFG. TEXTOR *de verâ & variâ ration. Stat. German. modern. Cap. 3. p. m. 59.*

(2) §. *183.* cui addas des Schwäbisch. Crayß. Verfassung. und *Execut.* Ordn. *Part. II. Tit. ult.* von Straff der ungehors. Ständ. §. *ult.*

(3) *Vid. Cap. 2. §. 1.*

§. 16.

Denique & Coronidis locô eam hic paucis tangemus quæstionem: eô in casu Executionem quis recte perficiat, quando Dux Circuli in rebus sibi ad exsequendum demandatis Officio hocce suo defungi nolit, nequeatve, aut si planè nullus adsit Dux Circuli. Nec aliter videtur respondendum, quam quod prioribus in casibus devolvatur hoc Ducis Officium ad Ejusdem Adjunctos atque Substitutos, (1) post hos verò, uti & postremo in casu hoc Jus pertinere ad

ejus-

ejusdem Circuli-ausschreibende Fürsten, non ad aliorum Circulorum Duces, Cæsareosve Commissarios; id quod & praxi hinc inde in Circulis ita servari, (2) & à Camerâ in hunc modum pronunciari (3) scimus.

(1) Iis enim hoc in novissimo quoque *Imperii Recessu* §. *179.* injungitur: Und wann, ita sese verba habent, der Crayß-Oberste seinem Amt mit gebührender Wachsamkeit und Auffsicht ein Genügen zu leisten ermangelen würde, so sollen alsdann die Nach- und zugeordnete solches zu thun schuldig seyn. Idemque anteà jam fuit statutum *in Recess. Imper. Augustan. de Ann. 1555.* §. *76.*

(2) In Circulo e. g. Suevico, cum multo jam ex tempore, ceu *Cap.2.* §.*2. not. 10.* demonstravimus, Circularis Ducis munus exspiraverit, quæ circa res politicas & ad conservationem Circuli tendentes Duci quondam peragenda incubuerant, modò dicti die Crayß-ausschreibende Fürsten, nostris exequuntur temporibus.

(3) *Vid.* MULZIUS *in cit. Dissert. de Offic. Director. & Duc. Circular. in Execut. Sententiar. th. 7.*

Caput IV.

Agit de Executione ab uno der Crayß-ausschreibenden Fürsten, alterô impeditô vel nolente susceptâ.

§. *1. Connexio.*

§. *2. Quis exequatur, cum ambo* Crayß-ausschreibende Fürsten *nolint aut nequeant.*

§. *3. Alter* der Crayß-ausschreibenden Fürsten *solus sufficientibus viribus debet esse instructus.*

§. *4. Quô præsupposito quæstio affirmatur ex naturali ratione.*

§. *5. Quam & observantia Imperii sequitur.*

§. *6. Ejus exempla.*

§. *7. Quis dicatur nolle?*

§. *8. Ratio, quod altero nolente alter possit solus exsequi.*

§. *9. Etiam contra ipsum* den Mit-ausschreibenden Fürsten.

§. *10. Maximè in rebus Circularibus.*

§. *11. Et, si morosus sit in præstandis Collectis Imperii aut Circuli.*

§. *12. Quis dicatur impeditus?*

§. *13. Quænam sint legitima impedimenta?*

§. *14. Ratio, quod altero impedito alter possit solus exsequi.*

§. *15. Conclusio Dissertationis.*

§. 1.

ET sic vel tandem facimus transitum ad specialem illam, de qua nos acturos fore in fronte Dissertationis promisimus, quæstionem: *Quid sit juris & à quonam suscipienda sit Executio, cum in Circulo, ubi plures uno* Crayß-ausschreibende

bende Fürsten *sunt*, *alter horum eam peragere vel nolit*, *vel non possit*? Quæ quidem Controversia, cum nullis Imperii Legibus publicis disertè sit determinata, ex solâ harum Analogiâ, Imperii observantiâ, Jurisque Naturæ placitis nobis hîc est dijudicanda.

§. 2.

Alia autem & ab hoc loco aliena est quæstio: ad quem tum Jus exequendi devolvatur, cum uterque der Crayß-ausschreibenden Fürsten, vel, ubi unus tantum huic præest officio, hic ipse mandata exsequi vel nolit vel impediatur? Quam in novissimo Imperii Recessu ita deciderunt Imperator & Status Imperii: Wofern ein oder der andere ausschreibende Fürst in mora exequendi wäre, soll derselbe vom Cammer-Gericht hierzu per mandata executorialia angehalten, oder die Execution einem andern Stand in dem Crayß, neben den Crayß-Nach- und Zugeordneten, oder auch auff deren Verweigerung den ausschreibenden Fürsten des benachbarten Crayses auffgetragen und von demselben unverweigerlich vollzogen werden. Et in sequentibus: Wann dieselbe (de Crayß-ausschreibenden Fürsten hîc sermo est) bey der Sach interessirt, auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden, nach Gutbefinden des Richters, den ausschreibenden Fürsten, eines oder mehr benachbarten Craysen, von unserm Kayserl. Cammer-Gericht auffgetragen und anbefohlen werden, welche dann auff solchen des Cammer-Gerichts Befehl, und des obsiegenden Theils gebührliches Ansuchen, ihme förderlichste Hülff und Vollziehung mitzutheilen schuldig seyn sollen.

(1) *Ratisbonensi de Ann. 1654. §. 17. & 160.* cui addas PAUL. GAMSII *Commentar. ad h. l. not.* (5) *p. m. 147.*

§. 3.

Nostrô vero in casu, eô præsupposito, quod tantis alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten polleat viribus, quæ perficiendæ Executioni non sint impares (1), nec in Juris Analogiam nec in Praxin impingemus, utrobique, tum si alter noluerit, tùm si impeditus fuerit, rectè ab altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten solo Executionem suscipi si dixerimus.

(1) Eæ enim si deficiant, jungere sibi debebit Circuli Ducem, Ejusdemque Adjunctos atque Substitutos; tales autem Circuli Officiales si non extent, aut ne sic quidem mandatis poterit satisfieri, in subsidium is vocabit vicinorum Circulorum ausschreibende Fürsten Ducesque, uti & tandem Commissarios ab Imperatore nominandos.

§. 4.

Qui enim denegari hoc eidem poterit, cum certissima Juris, non Civilis Romani tantum, sed & ipsiusmet Naturalis hæc sit Regula: Ordinario

tamdiu

tamdiu ſtandum eſſe medio, quamdiu illud ipſum ſufficit ad obtinendum finem propoſitum ? Jam, cum in antecedentibus abunde, uti quidem nos exiſtimamus, ob oculos ex ipſis Imperii legibus ſit poſitum, ordinario Jure exequendi facultatem ad Circulorum Duces atque die Crayß-auſchreibende Fürſten pertinere, quæ nos ratio moveat, de aliis Executoribus ut ſimus ſolliciti, cum vel unus horum juxta præſuppoſita fini Executioni obtinendo adhuc eſt ſufficiens.

§. 5.

Sunt & aliæ plures rationes generaliores, quæ huc faciunt; ſuperſedemus verò in præſentiarum hocce labore, cum aliunde res clara ſatis reddi poſſit. Scilicet vix erit pro ſtabiliendâ noſtrâ Sententiâ argumentum fortius obſervantiâ Imperii, quæ pro nobis militat. Eam vero exinde probamus, primò, quod mandatis, quæ de ſuſcipiendâ Executione Imperator, Ejusve nomine ſumma Imperii Judicia an die Crayß-ausſchreibende Fürſten ſolent transmittere, inſerta ſit hæc clauſula: ſamt und ſonders. (1) Quæ, quem habeat effectum Jurium peritus ignorare non poterit; ſcilicet non alium, quam eum, de quo nobis hîc ſermo eſt, ut altero Commiſſariorum in Mandato nominatorum Executionis perfectionem repudiante, vel quod nolit, vel quod legitimâ ex cauſâ impediatur, alter tamen ſolus in cauſa poſſit procedere. (2)

(1) Exemplum ſuppeditat PETRUS MULLER, *in diſp. de Conventib. Circulor. Cap. 11. num. 33. p. m. 102.*

(2) De quâ *vid.* RODINGIUS *in Pandect. Cameral. Libr. III. Tit. 14.* RULANDUS *de Commiſſar. Part. I. Libr. III. Cap. 4. num.*

§. 6.

Secundò & Exemplis (1) hoc evincitur. Sic cum nuperis Annis Imperiali Banno notatus eſſet Elector Bavarus, Suisque exutus terris in Gallia degeret, exequendi Jus à ſolo Circuli Bavarici Mit-ausſchreibenden Fürſten Archipræſule Salisburgenſi Sibi vindicatum eſſe legimus. Sic & Anno ſuperioris Seculi nonageſimo tertio, cum in Circulo Suevico vi Receſſus von denen drey correſpondirenden Müntz-Crayſen initi privatæ quædam officinæ monetariæ (Hecken-Müntzen) eſſent deſtruendæ, idoneasque ob cauſas impeditum Se reſcriberet Conſtantienſis Epiſcopus, Dux Würtembergiæ noſtræ Potentiſſimus bonâ Illius cæterorumque Circuli Statuum cum pace perfecit illarum Executionem ſolus. (2) Ita & poſt concluſam Pacem Weſtphalicam ſolum Ducem Würtembergicum, nolente Epiſcopo Conſtantienſi, tanquam Mit-ausſchreibenden Fürſten, contra Monaſteria exſecutum eſſe Pacificationem Acta teſtantur. Neque ullus dubito, quin plura hujusmodi exempla oblatura ſe ſint Hiſtorias & Acta publica diligenter volventibus.

(1) Quæ quidem hic non illustrant tantum, sed & probant, cum sint eò ex genere petita, quò legitimè observantiam posse doceri ex SAMUELIS RACHELII *Introduct. in Jus publ. Cap. 10.* tradit Ill. JO. GEORG. de KULPIS *in Dissertat. de Observant. Imper. §. 33.* Scilicet ita sunt factitata illa exempla, ut pro jure recepta, seu tanquam justè facta, nec injustè ab aliis facienda sint, comprobatum sit.

(2) *Vid.* die gründl. Vorstell. wegen des Schwäbisch. Crayß-*Direct.* und Ausschreib-Amts Beyl. *Num. 7. p. m. 27.*

§. 7.

Sunt & multæ rationes utrique quæstionis nostræ membro peculiares, hanc quæ firmant thesin, paucis adeoque nobis evolvendæ. Videamus autem primò quando quis nolle dicatur? Id verò tùm fit, cùm Executionis perfectionem recusanti vel planè nullæ recusationis causæ sunt, vel si se prætendit quidem impeditum, pro eo verò à Camerâ Judiciove Aulico vel certo in casu von dem Mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten non est agnitus: Brevibus: is dicitur nolle, qui de facto Executioni se vult subducere.

§. 8.

Ita verò nolens Executionem perficere cum Juri suo quoad istum actum renunciet, hujus Jus sanè non alii, quam Ejus in hoc Jure exercendo aliàs Socio poterit accrescere, cùm simultanea communis hujus Juris præscriptio eum necessariò post se trahat effectum. Neque enim nolens ille Circuli mit-ausschreibender Fürst, actione Suâ Imperii Legibus reprobatâ alteri quoque mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten & quoad hoc Jus exercendum Socio quæsitum eidem Jus auferre potuit; alii verò, nisi illi Crayß ausschreibenden Fürsten adhuc soli, hoc Jus exequendi non unquam fuit quæsitum.

§. 9.

Immò & in tantùm hîc fundatum nos existimamus Jus exequentis hujus Crayß ausschreibenden Fürsten in nolentem den mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten, ut & pœnas Mandatis Executorialibus in casum inobedientiæ insertas, (1) sumtusque, qui ex hac causâ in Executionem faciendi erant eò majores, ab ipsô illô mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten, illo quidem in casu ad Decretum Cameræ Judicis atque implorationem partis, hoc verò in casu ne requisitus quidem Executionis viâ possit repetere.

(1) Scilicet in decernenda Executione Cameræ Processus hic est novissimus ex dispositione *Recess. Imper. Ratisb. de An. 1654. §. 159. sqq.* ut latæ à Camerâ Sententiæ inseratur Clausula, de docendo intra præfixum tempus paritionem esse factam, sub pœnâ vel ordinariâ decem marcarum Auri puti, vel

vel extraordinariâ ad arbitrium Judicis determinandâ. Si jam reus intra hunc terminum Sententiæ fuisse satisfactum non denunciet Judici, elapso termino Actor implorat Judicem, ut Reum, ob non doctam nec factam paritionem in pœnam Clausulâ Sententiæ contentam declaret, & Mandatum de Exequendo ad den Crayß-ausschreibenden Fürsten cum condemnatione in refusionem expensarum damnorumque concedat. (*Vid.* GAMS *ad l. c. Not. 9. p. m. 145.*) Quodsi verò die Crayß-ausschreibende Fürsten alterve horum Executionem illam obstinatè facere recusent, aut in morâ sint, nullasque legitimi impedimenti causas intra præfixum terminum allegent, actore ulterius instante decernuntur contra eos eumve arctiora mandata Executorialia, quorum formulam exhibet ANDREAS GAILIUS *de Pac. Publ. Libr. II. Cap. 17. num. 24. p. m. 347.* Negligentiori verò & ad hæc extante vel extantibus Fiscalis petit à Judice, ut in pœnam Mandatis contentam declarentur. *Vid.* & hujusmodi Libelli formulam apud ERNEST. GOCKELIUM *de Circul. Suevic. §. 46. p. m. 192.* & Exemplum è LUNDORPII *Tomo IX. Libr. X. Cap. 27. §. 60. p. 205.* depromtum apud Excell. Dn. PFEFFINGERUM *in Commentar. ad Vitriar. Tom. II. Lib. II. Tit. 6. §. 12. not. d. p. m. 1098.*

§. 10.

Nec quoad Imperialia tantùm Conclusa & Sententias ita hæc sese habent, sed & multo magis, & vel maxime quoad Circularia. Etenim, cum & Circulorum, quantum scio, omnium & Imperii quoque Recessibus (1) plus simplici vice fuerit cautum, quod Circulorum Status ea, quæ plurimorum votis rata fuere habita, non impedire debeant, sed fideliter exsequi, quisnam altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten Statuum votis morem non gerente, aut in refractarios junctis viribus non animadvertente Executioni mandabit Circuli Conclusa atque Recessus, nisi alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten solus. Ad Imperatorem sanè hoc Jus tunc non devolvitur; huic enim nisi certis in casibus extremaque necessitate nihil rei est cum conclusis Circulorum eorumque Executione; ita nec ad vicinorum Circulorum ausschreibende Fürsten hoc jus tunc spectabit, cum eadem hic recurrat ratio; nec ad reliquos quoque Circuli Status, quippe quibus non est integrum, falcem jam tùm in messem der Crayß-ausschreibenden Fürsten immittere, cum horum alter ad tuenda atque exsequenda Circuli Conclusa viribus satis adhuc est instructus.

(1) *Vid. Cap. 3. §. 15.*

§. 11.

Non autem prolixioribus nobis jam esse placet illa in Quæstione ventilan-

da: num & eo in casu alteri der Cray-ausschreibenden Fürsten, ea, quam hactenus delineavimus, potestas in den Mit-ausschreibenden Fürsten competat, quod si in præstandis iis, quæ ex Matriculâ sive Imperiali sive Circulari Eidem præstanda incumbunt, sit morosus, aut planè eas deneget, sive eô sub prætextu, quod nolit, stetque Ipsi pro ratione voluntas, sive quod prægravatum se existimet, sive quod ex capite Exemptionis vel moderationis Processus Eidem in Judiciò Imperiali Aulico Camerave Imperiali sint decreti. Petenda enim erit ejus resolutio ex iis, quæ pari in casu de Statibus in genere suô locô (1) fuere dicta. Neque enim Status statum eo ipsô mutare Circuli Crayß-ausschreibenden Fürsten, dum talis est; sed iisdem eum, quibus & reliqui, quibus & infimi Status circuli subjacent, teneri Legibus, nemo sanus negaverit.

(1) *Cap. 5. §. 5. & 6.* junctis *§. præc.* hujus capitis & *Recess. Imper. de Ann. 1654. §. 18.*

§. 12.

Hæc de altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten nolente; prodeat jam impeditus: qualis ut dicatur, duo hæc adesse debent. I. Justæ legitimæque recusationis causæ [ehehaffte Ursachen], tùm & II. ut hæ pro talibus à Camera Judiciove Aulico, (1) si scilicet Sententiæ vel Mandata eorum Executioni sint mandanda, aut von den Mit-Crayß-ausschreibenden Fürsten (2) in rebus circularibus exsequendis fuerint agnitæ. Alterum enim horum requisitorum si desit, non pro impedito is, sed pro nolente habetur, & secundum superius tradita (3) adversus eum proceditur.

(1) *Vid. Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. III. Tit. 49. §. 2. sqq.*

(2) Irregulare hoc videtur secundum theoriam Juris, quà potius ad totum circulum referendæ forent recusationis causæ; nisi fortè id hic fit ideò, quia non adest Superior, cujus nomine exsequuntur die Crayß ausschreibende Fürsten, quin potius id proprio nomine ex præscriptione longissimi temporis hos facere constat. Praxis tamen hoc ita servat, teste der *cit.* gründl. Vorstell. von dem Schwäb. Crayß-Ausschreib-Amt und *Director.* Beyl. *Num. 7. p. m. 27.* ubi: so daß, als bey ungefähr 3. Jahren hero, zu Gewinnung der Zeit und Erspahrung der Kosten, von hier (Stuttgardt) an des damahligen Herrn Bischoffen zu Costantz Fürstl. Gnaden geschrieben worden, wider einige Hecken- oder falsche Müntzer in der Reßier, benöthigt geweßte Remedur vorzunehmen, dieselbe in dem Antwort-Schreiben sich damit entschuldiget, daß es eine Würtemberg zugehörige Sache seye, wie dann auch Costantz aus Mangel der Müntz-Räth, Müntz-Wardein, Müntz-Meister und übriger Requisitorum,

rum, die zur Direction, Disposition, Inquisition und Execution im Müntz-Wesen gehören, ingleichem der Müntz-Acten und daraus zu nehmen habender Information, darinnen nicht fortkommen könnte.

(3) §. 8. *not.* 1.

§. 13.

Quænam autem sint legitimæ recusationis causæ, porrò disquirendum est. Unicam tantùm, quod sciam, exprimunt Leges Imperii, scilicet, quando die Crayß ausschreibende Fürsten vel Dux Circuli Executor foret in propriâ causâ. (1) His enim non permissum tantùm est eam causam allegare tanquam impedimentum, sed & volentibus ejusmodi Executio interdicta est. (2) Reliquæ causæ comprehenduntur in Recessu novissimo (3) sub verbis: auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden. Sunt autem harum plures, (4) quam ut paucis hisce comprehendi queant pagellis, (5) maximumque circa eas est Judicis arbitrium. (6)

(1) *Vid. Recess. Imper. de Ann.* 1554. §. 160. Addatur *Instr. Pac. Art.* 16. §. 2. & 3. Ita cum post Pacem Westphal. Dux Würtemb. contra Prælatos quosdam Suorum Monasteriorum esset restituendus, neque id peragere vellet Constantiensis Episcopus, id munus datum fuit Franconici Circuli auschreibenden Fürsten. *Vid.* DN. PFEFFINGER, *l. c.*

(2) *Vid.* loca *not. præc.* citata.

(3) *l. c.*

(4) Est & impeditus ipso Jure, qui in Imperiale Bannum aut pro hoste Imperii declaratus est: sed hoc pœnæ magis locò statutum est, quam ejus in favorem.

(5) Sunt e. g. talia impedimenta, si pro tempore sint admodùm exiguæ Ejusdem vires, vel si cum inquisitione aliquâ juncta fuerit Executio, periti que harum rerum administris careat alter der Crayß-ausschreibenden Fürsten, ex (*vid.* §. *præc. not.* 2.) utroque tamen in casu volente ita dem Crayß-ausschreibenden Fürsten exsequente, quicquid ei est virium subministrare debebit impeditus. Minime autem Religionis sub prætextu Executionem contra Monasterium suscipiendam subterfugere poterunt Ecclesiastici Crayß-ausschreibende Fürsten Pontificiæ Religioni mancipati, cum & secundum Juris Divini, & Juris Naturæ, & Juris Imperii nostri publici, & ipsiusmet Juris Canonici principia hoc patrantes tuti sint in conscientiâ.

(6) Non tamen tantùm, quantum ei attribuit MOLLENBECC. *in Dissert. de Jurib. Cæsar. circa negot. Pacis Cap.* 8. §. 3. ubi existimat vi *Recess. novis.*

viss. §. *159.* verb. nach Gutbefinden des Richters, datam ei hanc esse potestatem, ut etiam irrequisitis den Crayß-ausschreibenden Fürsten alii demandare possit hoc Officium, si Executorem Ordinarium legitimo impedimento detineri censeat: sed ad subsequentia referenda sunt hæc verba atque ita capienda, si legitima ex causa impeditos se esse die Crayß-ausschreibende Fürsten rescribant, tunc Judicem pro arbitrio alii cuidam Statui Executionis perfectionem posse injungere.

§. 14.

Sed cùm non unâ ex causâ contrahenda nobis jam sint vela, tribus monuisse sufficiat, vel ea propter quoque hic nostro ex judicio alteri der Crayß-ausschreibenden Fürsten soli Executionem rectè tribui, quia tacito quasi consensu videntur convenisse Imperator atque Status, ipsaque rei natura & Justitia id efflagitat, ut quâ potest fieri, via compendiosissima atque ab ambagibus maximè aliena fiat Executio Sententiarum atque pactorum; id verè vix breviori fieri poterit, quam si ab unius tantum arbitrio executionis perfectio pendeat; tum & ideo, quia nullum hic des Mit-ausschreibenden Fürsten versatur præjudicium, adeo, ut & is absque omni dubio lubentissime in hanc Collegæ Executionem solitariam publico quam maximè oppitulantem bono consentire præsumi debeat.

§. 15.

De Recessuum Conclusorumque Circularium Executione altero der Crayß-ausschreibenden Fürsten impedito ab alterô solo recte suscipienda cum eadem hîc recurrant dicenda, quæ antea (1) jam tradidimus, cum & prolatis (2) hanc in rem exemplis testibus Praxis hæc ita servet, nil iis in præsentiarum amplius addimus, sed potius Academico hocce labore ad umbilicum ex voto deducto, gratias atque laudes summo in Cœlis Numini debitas mente manuque læti persolvimus.

(1) Capitis hujus §. *9.*

(2) §. *11. not. 2.*

VIII. DIS-